

keinen Abgaben und Leistungen an fremde Personen unterliegen sollen, aber unter Wahrung der Gerechtsame des Reiches.

1163 November 6, Lodi.

C. In nomine sancte et individue trinitatis amen. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus.

Inter imperialium [sollicitudinum^a] salutiferos fructus, quos pro generalitatis commodo mente^b gratuita sustinemus, nihil dignius aut salubrius^c estimamus, quam sanctarum dei ecclesiarum pacem redintegrare, commoda multiplicare et in antique sue libertatis statum deo cooperante, quo auctore omnia prosperantur, feliciter eas reformare. Ideoque omnium Christi imperiique [nostri^a] fidelium presentium ac futurorum cognoscat solertia, quod nos divini timoris reverentia et interventu fidelis ac gloriosi principis nostri Rainaldi, illustris Coloniensis electi et Italie archicancellarii, atque aliorum nostrorum fidelium Rainerium, priorem canonice Castellane Civitatis, eiusque successores ac fratres universos presentes atque futuros et cunctas eorum res ac possessiones adquisitas et acquirendas sub imperiali nostra protectione specialiter recipimus atque ab omnium hominum^d illicita exactione et indebito gravamine penitus immunes perpetuo esse censemus, augustali nostro edicto statuentes ac [precipi]entes^e, ut omnes ipsius canonice possessiones ac iura, que hactenus ab ea iniuste alienata sunt vel sine canonicorum licentia et consensu pignori obligata, a marchionibus vel comitibus, proceribus seu vavasoribus [aut consulibus sive civibus] seu aliquibus aliis personis dicte canonice integraliter restituantur; de cetero neque iure villicationis aut yconomie vel nomine feudi aut occasione custodie vel usus [parentum ab aliquo diripiantur seu iniuste occupentur, nec licitum sit consulibus vel rectoribus Castellane Civitatis aut civibus predictam] ecclesiam et hospitale^f [eius et omnes eius ecclesias] aliquibus exactionibus inquietare, [neque predia eorum vel] vineas rusticarum [vel redditus] sive alia [bona presentia vel futura] invadere^g vel detinere, sed^h predictae ecclesieⁱ speciali nostre

a) Keine Lücke in der Abschrift; die Ergänzung nach der Urkunde Philipps. b) *aure*. c) *digne aut salubre*. d) *eorum*. e) Von hier an sind die Lücken in der Abschrift durch Punkte angedeutet; die in Klammern gesetzten Ergänzungen sind — bis auf die Datierung — überall nach der Urkunde Philipps vorgenommen. f) *fratres*. g) *invadere* in der Urkunde Philipps. h) *scilicet*. i) Die Abschrift